

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Samuel

urn:nbn:de:bsz:31-102436

Et tunc creem Imperatorem Hebræorū, ut eos uindicta ab iniuria Palestinorum. s. Amabo te, indica nobis domum uatis. SAM. Ego sum ille: condescendite ante me hunc collem: hodie epulabimini mecum: deinde dimittam uos manē, et indicabo uobis quicquid cogitatis cum animis uestris. Quod attinet ad asinas perditas tertio abhinc die, tu ne esto anxius de eis, repertæ sunt. Sed quorsum de asellis? Ad te ueniamus. Debes existimare te esse columen totius nostræ nationis, omniumq; salutē positam esse in te, tuaq; domo paterna. s. Quid ais in me ne, qui genus refero ad Iemimē, ortus ex obscurissima familia Beniamitarū, quæ tribus est minima Israelitarum? SAM. Concedamus modò in hospitium: Deus providebit cætera.

SENTENTIA.

Deus opera sua inopinabilibus occasibus ad exitum perducit.

SAMUEL. 1. Reg. 12.

ARGUMENTVM.

Samuel iam senex innocentiam suam, & beneficia Dei in Israelitas commemorat: eorumque peccatum reprehendit, qui regem sibi depoposcerint: & impetrato diuinitus tonitru, eos ad obedientiam cohortatur.

Samuel

stituet Ioua populam suū, propter sui nominis celebritatem, postquam semel coepit uos sibi populam habere. ^d Ego quoq; absit ut Iouam offendā, aut pro uobis ^e supplicare, uosq; decente & recta uia deducere interuittam. Tantum Iouam metuite, eumq; uerè & tota mente colite: uidete enim, quantam rem apud uos fecerit. Quòd si peccatis indulgebitis, & uos & rex uester peribitis.

SENTENTIA.

Iusti homines (qualis fuit Samuel) nemini faciunt iniuriam. Magna est hominum erga Deum ingratitude, qui toties, tam fideliter à Deo defensi, tot beneficijs cumulati, tamen hominem regem sibi deposcant: digni sanè qui inclementi regi seruiant, quando clementem repudiant. Immensa est Dei clementia, qui sic ingratos tamen non deserat. Multum ualent apud Deum preces iustorum, qui etiam alieno tempore uel pluiam possint impetrare.

SORTILEGIUM. 1. Reg. 14.

ARGUMENTVM.

Saulus Ionathanem filium suum uult occidi, propter gustatum mel contra uotū populū. Sed populus eum prohibet occidi.

Saulus, Populus, Ionathan.

Hec adeste omnes populi primates, dissipite & conquirete, cuius hodie culpa fiat, ut
Deus

d Charitas
iam fontes
on temerè
deserit.
Orare De-
n, & doce-
t populū,
ficium est
uatis.

Deus ira-
hominū
ccatis, eis
erdum re
onsā dene
t. quo mi
smirandū
, si est ho-
fames,
e est, penū
oraculo-
n, in tanta
leitudine
ccatorū.

Deus rogātū
go opt. max.
uabā filius
larū. Vos tot
natos cōfissi
Ioua Deus Ise
in. Atat, nos
fortiamur. s
cumbi quid
decapite hui
quod tu, in sc
capitale esse
rituram, lon
qui tam præc
Nequaquam
quidem amitt
rem habuerit

In hac
ardam m
por, cuiu
ra coniuu
consensus
Sed in alte
mz, sui qu
dabit.